Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

# DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
SISTENS
OBSERVATIONES QVASDAM
DE
# TVTELA FRVCTVARIA PERSONARVM S. R. G. IMP. ILLVSTRIVM,

QVAM
IVVANTE DEO OPT. MAX.
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO DVCE AC DOMINO,
DOMINO
## CAROLO,
DVCE WIRTEMBERGIAE REGNANTE, REL. REL.
IVRECONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE
*PRAESIDE*
## EBERHARDO CHRISTOPHORO CANZ,
P. & I. V. D. SERENISS. CONSIL. & P. IVR. P. O.
PATRONO ET PRAECEPTORE SVO MAXIME VENERANDO
PRO GRADV DOCTORIS
D. 20. IVN. MDCCLXX.
DEFENDET
AVTOR
CONRADVS FRIDERICVS HOSER,
TVBINGENSIS.

TVBINGAE TYPIS SCHRAMMIANIS.

3, 483.
5. 1506.
120.
1770, 2a
12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

# PRAEFATIO.

Selegi Argumentum hujus diſſertationis inauguralis *de Tutela fructuaria perſonarum S. R. G. I. illuſtrium* mihi ab Optimo Parente inter alia propoſitum ceu utile, contentioſum, & quotidiè in foris ſummorum Imperii Rom. Germ. Dicaſteriorum, & extra illa, cumprimis in curiis feudalibus pro re natâ obveniens, nec tamen hucusque ex inſtituto excuſſum, nec a me quidem ob anguſtiam harum paginarum jamjam excutiendum, ſed pro ratione temporis, mei inſtituti, equidem arbitrarii, & mearum virium ſaltem quibusdam Obſervationibus ulterius illuſtrandum, quod præter alios quoque modò commemoratus *Parens meus* tetigit in Poſitionibus inauguralibus juridicis ſub præſidio *B. Dn. D. Joh. Jac.* Helfferich, hîc Tubingæ A. 1735. defenſis, Poſit. 31. p. 84. Noli itaque *B. L.* plenam expectare Tractationem ſyſtematicam,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

nec plenum Scriptorum hùc facientium Catalogum, nec tales, quæ ad materiam tutelarum privatam, vel privatorum, ſi quidem ita loqui fas eſt, in genere pertinent Obſervationes.

Initium vero ad faciliorem ſequentium Obſervationum intellectum ſtatim facio ab ipſa tam Tutelæ fructuariæ, quam perſonarum S. Rom. Germ. Imperii illuſtrium ſive definitione ſive deſcriptione.

## §. I.

*Definitio vel Deſcriptio tutelæ fructuariæ.*

Tutela vel Curatela fructuaria Perſonarum S. Rom. Germ. Imperii Illuſtrium eſt munus publicum cum perceptione ſive incertorum, ſive certorum Fructuum vel potius emolumentorum conjunctum, quod conſiſtit partim in Educatione, partim in adminiſtratione Regiminis vel Gubernationis Territorii & bonorum pupilli, vel alius ſub Tutela vel Curatela conſtitutæ perſonæ illuſtris, juxta normam pactorum familiæ, vel & ultimarum diſpoſitionum validarum, conſtitutionum & conſuetudinum cujusque familiæ & territorii, vel, his deficientibus juxta normam Jurium Imp. Rom. Germ. communium, vel ejusdem obſervantiæ communis.

## §. II.

*Deſcriptio perſonæ S. R. G. Imp. illuſtris.*

Sub perſona S. R. G. Imperii illuſtri ſub tutela vel cura conſtitutâ vero intelligo Statum Imperii, haud tamen excluſis Principibus vel Comitibus apanagiatis, ultrageniтis vel ſimilibus.

## §. III.

*Tutela fructuaria nec juri naturæ*

Tutelam fructuariam generaliter conſideratam juri naturæ vel & juri publico univerſali (in quo, ſicuti tute-

la in genere, ita tutela regia in ſpecie fundata eſt, exquiſite hoc contra diſſentientes commonſtrante B. BOEHMERO *in Introd. in Jus publ. Univ.* L. III. C. III. §. 11. not. l. & C. IV. §. 24 - 27. not. f. g. & k.) æque minus, ac Juri divino poſitivo adverſari nullus ambigo, utut HVBERVS *in Digreſſionibus* in Libro III. C. I. §. 3. contrariam de Jure Naturæ foveat ſententiam, quam tamen Dn. à LVDEWIG *in Diſſert. de different. jur. Rom. & Germ. in attribut. fructuum, inprimis tutelae fructuariae*, ex rationibus ſolidiſſimis ibidem, diſſer. I. not. ff. p. 18. ſqq. adductis adeò refellit, ut potius conſultum magis eſſe Tutori ſpem ſalarii aut fructuum proponi, quàm tutelas gratis adminiſtrari, graviter ſtatuat, & proinde inſtituta juris Germanici huic tutelæ fructuariæ quam maxime commendet & approbet, ſi quidem tale munus vel officium cum inſigni labore & ſollicitudine, cumprimis inter perſonas illuſtres, conjunctum ex ipſis univerſalibus juſti Legibus Tutori eo minus debet eſſe damnoſum, & præterea quoque ex tali condignâ fructuum aſſignatione tam pronior voluntas, quam arctior obligatio ad eo majorem induſtriam naſcitur, quæ ipſius pupilli utilitatem non poteſt non promovere ac augere. Etenim tutela hoc reſpectu proprie haud ob fructus defertur, ſed fructus ob tutelam & adminiſtrationem aſſignantur, eandemque ſequuntur. Quin immo tales perſonæ illuſtres aliâs deterioris forent conditionis, quàm quivis alii privati adminiſtratores rerum & bonorum perſonarum, utut adultiorum, id quod tamen æquitati minus conveniret.

vel juri publ univ. nec juri divino repugnat;

## §. IV.

sed potius in ipſo complurium gentium Jure veteri & hodierno fundata;

Haud itaque mirum hanc tutelæ ſpeciem apud complures gentes, præprimis a Germanis originem ducentes, tam olim obtinuiſſe, quam adhuc obtinere, quas recenſet B. Dn. A LVDEWIG, cit. *diſſer. de attribut. fructuum*

differ. 1. not. cc. add. DE NEUMANN, *de Patr. Poteſt. & Tutela Principum*, p. 314.

## §. V.

nec tamen jure Romano obtinuit,

Secus tamen res ſe habuit apud Romanos, ex ſingulari privatorum & ſtatûs publici domeſtica ratione. Quod enim ad privatos vel ſubditos, cùm præter Reges vel Imperatores Romanos, & extra liberæ Reipublicæ tempora, non obſtante Rubro Tituli Codicis de Tutoribus vel Curatoribus illuſtrium vel clariſſimarum perſonarum, nullæ perſonæ illuſtres in ſenſu Juris publici Germanici ita dictæ, ſcilicet Conſtatus Imperii in veteri Imperio Romano eminuerint, attinet, Romani Tutelam ad munera publica perſonalia, oneroſa, adeoque gratuita, arg. L. 33. ff. §. 3. de adm. & peric. tut. &c. nec vero ad Honores & Dignitates, L. 18. §. 1. ff. de mun. & hon. retulerunt, hasque illis oppoſuerunt, ead. L. 18. §. 2. cùm ſummus Princeps vi tutelæ univerſalis publicæ facultatem ſibi vendicaverit immediate vel mediate per magiſtratus inferiores cuicunque Civium Romanorum tutori gratuitam tutelæ adminiſtrationem, ceu munus publicum injungendi, dict. L. 33. ff. d. adm. & peric. tut. arg. L. 38. ff. de negot. geſt. & L. 58. pr. ff. d. adm. & per. tut. ex quibus textibus quidem BAIERUS *in poſit. ad Inſt.* p. 41. hoc probari haud poſſe, aſt eo magis fruſtra exiſtimat, quoniam excuſationes a tutelâ ad privilegia relatæ fuerant, LUDEWIG *cit. diſſert.* p. 5. cujus argumentatio ab operis apud Romanos minus, quam apud Germanos diuturnis p. 19. ducta tamen minime concludit. Quocirca de Jure Romano Tutor ne quidem expenſas in ſuam ac propriam perſonam factas, e. g. ſumtus morbi in itinere &c. etſi a negotiis ſuis avocatus fuerit, & exinde damnum ſenſerit, pupillo imputare, cit. L. 33. §. 3. ibique *Gothofredus*, nec ſalarium ex bonis pupilli regulariter petere poteſt, arg. cit. L. 58. pr ubi „*quia lucrum facere ex tutela non debet*„ d. tit. Interim tamen eodem

eodem jure teſtatori aut magiſtratui inferiori facultas ex juſtâ cauſa L. 1. §. 6. ff. d. tut. & rat. diſtrah. ſalarium tutori vel curatori, etiam tali, qui pupillo agnatione junctus, aliive, qui ſpe ſucceſſionis in bonis pupillorum vel minorum gaudet, conſtituendi per modum exceptionis a regula competit, quod, ſi teſtator non determinaverit, Judex ex pupilli patrimonii quantitate, adminiſtrationis difficultate, tutoris qualitate, & aliis ſimilibus circumſtantiis pro ſuo arbitrio æſtimabit. LAVTERBACH. *diſſ. de ſalariis*. §. 23. quin imò hoc jure pacto quoque ſalarium conſtitui poteſt, cit. L. 33. ff. de adm. & per. tut. quâ cum diſpoſitione juris Romani *etiam Ordinatio politica Würtemb. germ.* die Würtemb. Lands-Ordn. Tit. 40. §. 1. nec non *Statuta Acad. hujus Univerſitatis*, C. 23. §. fidelibus, ibi: „*pro laborum ratione*„ p. 90. prorſus conſpirant; qualis ſalarii vel honorarii ratio verò a tutela fructuaria germanicâ perſonarum illuſtrium plane diverſa eſt. Quibus omnibus non obſtantibus nihilominus caſus analogus tutelæ fructuariæ ex Jure Romano ejusdemve analogiâ de bonæ fidei poſſeſſore fructus perceptos ſuos faciente decidendus in curatelâ abſentis tum occurrit, ſi ſcilicet abſens pro mortuo quidem a Judice declaratus poſtea redit, quo caſu proximus agnatus ceu curator abſentis omnia quidem reſtituere tenetur, fructus inde a tempore declaratæ mortis perceptos autem lucratur. *Magnif. Dn. D.* SMALCALDER, in Diſſ. Tub de eo, quod juſtum eſt circa eos, qui diſparuerunt, vom Recht der Verſchollenen. *Ill. Dn. D.* ESTOR in der teutſchen Rechtsgelahrtheit, P. III. p. 605.

## §. VI.

nec Jure Canonico vel & proteſtantium Jur. Eccleſ. privato obtinet.

In Jure Canonico partim ob Clericorum defectum proprietatis bonorum, partim ob illorum, quà talium, ſive immunitatem, ſive excluſionem a tutelæ cujuscunque adminiſtratione, nulla de hâc materiâ diſpoſitio juris repe-

reperitur, cùm contra quoad Jus Eccleſiaſticum proteſtantium privatum circa tutores proteſtantes Eccleſiaſticos liberorum miniſtrorum Eccleſiæ aliarumque perſonarum Eccleſiaſticarum regulæ juris communis civilis privati regulariter obtineant.

## §. VII.

nec Jure feud. Longobard. in feudis introducta.

In jure feudali Longobardico, quod in Germania itidem commune eſt, nil peculiare de tutelâ quâ fructuariâ in Feudis ſive mediatis ſive immediatis diſponitur, iſto autem deficiente quoad feuda mediata ad Jus commune civile privatum 2. F. 1. de quo antea in §. 5. vel jus Germanicum privatum eidem eatenùs conforme (de quo in prox. ſeq. §. 8.) recurritur. Quid circa feuda immediata hâc in re obtineat, infra diſpiciam. Interim ex eodem hoc jure feudali hîc notari meretur, partim quod fructus feudales qualitatem bonorum allodialium ſuo modo recipiant, partim quod præter matrem & aviam proximis agnatis, non vero etiam cognatis jure civili aliàs itidem admiſſis, exceptis feudis fœmineis, itemque merè hæreditariis, vel in feudis indiviſibilibus ſoli Seniori tutela legitima, & quidem matri vel aviæ ratione affectionis, reliquis autem ratione ſucceſſionis regulariter deferatur, ſi ſcilicet aliud pactum contrarium haud obſtat, ſi quidem paritas agnatorum & cognatorum, quæ, quantum ad tutelam, jure civili obtinet, in jure feudali iterum ſublata eſt. B. D. D. Frommann, *diſſ. de agnationis & cognationis differentiis.* th. 34.

## §. VIII.

nec Jure privato Germanico hodierno inter privatos locum habet.

Quod ad jus Germanicum privatum hodiernum attinet, *in Reformatione politica* tam *Auguſtanâ* de Anno 1548. tit. 31. quàm prolixiore *Francofurtenſi* de Anno 1577. tit. 32. hodienum obtinente tutela fructuaria ſubditorum Imperii me-

mediatorum, utpote de quibus ob verba: „So wollen wir „ allen und jeden Churfürſten, Fürſten, Prälaten, Grafen, Herren, von Adel und Communen hiemit ernſtlich auferlegt und befohlen haben in ihren Fürſtenthumben, Herrſchaften, Oberkeiten und Gebieten, „ dermaſſen Verſehung zu thun ꝛc. ibidem ſaltèm agitur *illuſtr.* Ioh. Iac. Moser, Teutſch. Staats-Recht. P. XVIII. L. III. C. 87. §. 5. p. 141. adeo non admittitur, ut potius ibidem verba diſpoſitiva: die Güter nicht „ in ſeinen eigenen Nuzen kehren oder wenden, noch dieſelbe beſchwehren, und jährlich-gebührliche Rechenſchaft thun, um ſeine Verwaltung Red und Antwort „ geben ꝛc. occurrant, junct. Formul. Juramenti a tutore per procurratorem in Camera Imperiali præſtandi ex Ordinatione Camerali noviſſima de A. 1555. P. I. tit. LXXVI. ibi: „ was unnüz und ſchädlich vermeiden, unterlaſſen „ und verhüten, deſſelbigen Jungen Güter und Perſon zu „ ſeinem (des Jungen) Nuz in gutem Glauben und „ Treuen vertretten und im beſten verſehen.— mit vollkommener Ueberlieferung alles deß, ſo der Vormundſchafft halber zu ihren Händen kommen, und dem „ Jungen zuſtehen wird. ꝛc „ quo ipſo verò & poſt receptionem juris civilis Romani in Germania Jus Germanicum antiquum circa privatos hac in materia immutatum, cujus ceu fundamenti reliquiæ tamen circa tutelas perſonarum illuſtrium hodienum remanſerunt.

## §. IX.

Sicuti vero perſonarum privatarum & illuſtrium in Imperio noſtro Germ. prorſus diverſa eſt ratio, ita quoque in infinitis juris articulis, inprimis in materia tutelari diverſiſſima intuitu harum diverſarum perſonarum fundamenta decidendi occurrunt, quæ hoc loco quoad perſonas illuſtres ex priſco jure Germanico antiquo, etiam privato, & jure publico Imperii noſtri Romano-Germanici, ut & Juris-

Tranſitus ad Jus publicum Imp. Rom Germ. cujus & privati diverſa eſt ratio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

Jurisprudentia Principum Ordinumque Imperii ita dicta privata jam ſuccincte exponenda.

## §. X.

Tranſitus ad palmarlam quæſtionem: An hæc tutela ſit fructuaria? quæ affirmatur.

Quaeritur itaque: an tutela perſonarum imperii Rom. Germ. illuſtrium ſit fructuaria, annon? & ſi prius, quatenus ſit fructuaria? Cujus quæſtionis prius membrum alii affirmant, alii negant; cum contra quoad poſterius membrum omnes iſti, qui unam vel alteram tutelæ ſpeciem fructuariam eſſe conrendunt, in eo conſentiant, quod iſta hodie non amplius tam univerſe, ut olim, ſit fructuaria. Naturalis tractationis & reſolutionis hujus quæſtionis ordo proinde ſequens erit, qui ſcilicet conſiſtet

a.) in probatione ſententiæ, quæ mihi arridet, affirmatione ex fontibus, rationibus, exemplis ſive præjudiciis & auctoritatibus,

et

b.) in reſutatione argumentorum, quæ pro negativa pugnare videntur.

## §. XI.

Rationes pro affirmativa, quarum 1ma deducitur ex Germ. primæva bonorum communione.

Primum fundamentum ſententiæ affirmativæ in origine ab antiquiſſimorum Germanorum primæva prædiorum, agrorum & quorumcunque bonorum immobilium communione derivanda omnino collocari poſſe puto. Licet enim iſtis temporibus hac ratione ſola liberorum parentibus orbatorum educatio a proximis conſanguineis ſuſcepta fuerit, nec ulla bonorum adminiſtratio tum obtinuerit, nec itaque tutores vel curatores, qui adminiſtrarent, cogniti, nec confectio inventarii, decretum magiſtratus, & puberis vel majoris ætatis ſecundum certum annorum numerum definitio neceſſaria fuerit, vel locum habere potuerit, poſthac vero hæc bonorum immobilium communio quidem ſublata fuerit, & privati, qui jam antea arma & exiguam ſupel-

ſupellectilem proprietatis jure poſſederant, fundorum dominia & poſſeſſiones quoque ſibi adſcripſerint, hasque jure hereditario in liberos transtulerint, teſte TACITO *de Morib. Germ.* L. 20. ibi „ heredes ſucceſſoresque ſui cuique liberi, nullum teſtamentum etc. eadem tamen communio poſt mortem parentum in proximis conſanguineis talium liberorum, qui ipſi ob defectum ætatis vel aliam cauſam bona ſua hereditario jure acquiſita adminiſtrare haud potuerunt, quoad perceptionem fructuum ob adminiſtrationem bonorum ex hoc ipſo communionis jure ſuſceptam revivixit, ex quo tempore demum tutelam fructuariam, (quæ ſimul legitima fuit) ſuum cœpiſſe initium demonſtrat LEYSERUS ſpec. ad Pand. 327. med. 4.

## §. XII.

2da ex æquali tam patris, quàm matris in liberos poteſtate,

Quum vero præterea tam patris, quam matris poteſtas in liberos, itemque poſt diviſiones bonorum univerſè antea communium factas, vel communionem bonorum familiæ particularem introductam ſucceſſio in eadem apud Germanos ſecus ac de jure Rom. fuerit æqualis, eadem etiam genuinum tutelæ non tantum perſonarum, ſed & bonorum ipſorum liberorum fructuariæ fundamentum jure meritoque cenſetur. de NEUMANN, *de P. P. & tut. princ. p.* 316. & 317. interim negari nequit, cuncta, quæ patri æque ac matri, licet uterque tutor vel tutrix liberorum vocetur, *Illuſtr. Dn.* L. B. *de* CRAMER Obſerv. T. II. Obs. 543. p. 311. & Obs. 560. circa liberos incumbunt officia, haud ex nova tutelari aliqua poteſtate demum, ſed ex ipſa naturali utrique parenti communi poteſtate derivanda, utpote qualis tutela improprie ſic dicta potius uſusfructus appellitari meretur, qui parentibus ob educationem & alimentationem liberorum vel & ob indolem priſci condominii & communionis bonorum diverſimode ex Legum Germanicarum diſpoſitione, vel pactis conventis competit. *Cel. Dn.* ESTOR. Teutſch. Rechtsgelahrtheit, P. III. §. 955. p. 553 Nec liberi, qui

adhuc parentem habent, ſui ſunt juris, nec itaque ſub tutela proprie ſic dicta & fructuaria conſtituti.

§. XIII.

3tia ex ipſis antiquis Germanorum legibus.

E contrario vero omnium reliquorum ſive lege vel conſuetudine, ſive teſtamento, ſive pactis, ſive a Judice apud ipſos quoque Germanos diverſis temporibus conſtitui ſolitorum tutorum tam privatorum, quam illuſtrium, officium tutelare jure Germanico proprie eſt tutela, quæ quidem ante receptum jus Romanum haud fuit gratuita, ſed fructuaria, in ipſis Germanorum legibus veteribus fundata, e. g. WISIGOTHORUM, Lib. 4. tit. 3. L. 3. vb: „ cui tamen „ (nempe fratri tutori:) de fructibus ad victum præſumen„ dis partem decimam non negamus &c. & Saxonum, Tit. 7. L. 3. & 4. ubi tutori mulieris ſecundo nubentis exactio pretii emtionis, ſc. 300. ſolid. conceditur, horumque ſolutio novo marito injungitur. conſ. POLAC Syſtem. jurispr. civ. Germ. antiq. L. I. Cap. 14. §. 6. add. LUDEWIG c. l. not. dd. Nec onus adminiſtrationis tutelæ extraneo delatæ minus eſt onere adminiſtrationis tutelæ legitimæ agnato competentis, nec itaque etiam inæqualia utriusque tutoris ſtatuenda commoda atque emolumenta. de NEUMANN. c. l. L. 2. t. 9. §. 492. pag. 316.

§. XIV.

Quæ tutela fructuaria tamen circa privatos, non: circa Illuſtres ſublata,

Quamvis vero, Jure Romano in Germania recepto, hæc qualitas fructuaria circa privatorum tutelas in diſertis conſtitutionibus Imperii ſupra jam §. VIII. allegatis fuerit ſublata, eadem tamen inter illuſtres remanſit & hodienum jure publico Imperii Rom. Germ. conſuetudinario communi in quacunque illuſtrium tutela tam feudali, quam allodiali & quavis illius ſpecie, tam privata, ſc. vel perſonæ pupilli qua talis ſaltem, vel hereditatis ejusdem privatæ, bonorumve patrimonialium & domanialium, quam publica, ſc. territorii & annexorum, (ſolâ Auguſtiſſimo



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

Imperio Rom. Germ. vel & cuivis domino territoriali in ſuo territorio, vel domino feudi immediato in pupillos ſub alio adhuc tutore conſtitutos, nec non magiſtratui mediato qua inſpectori competente tutela ſuperiore, ut & tutela mere honoraria, excepta.) regulariter, attamen diverſimode obtinet, adeo, ut adminiſtri tali tutori illuſtri forte adjuncti certis quoque idcirco merito gaudere ſoleant emolumentis, ſub qua qualitate fructuaria tamen neutiquam refuſio ipſorum ſumtuum impenſorum, utpote quæ ad verum fructum non pertinet, ſed remuneratio ipſius facti geſtionis vel adminiſtrationis præter dictam ipſorum ſumtuum refuſionem intelligitur vel comprehenditur; cum quali facto æque moleſto, ac ſumtuoſo autem tutela ſuperior, vel ſuprema haud eſt conjuncta, quippe quæ tantummodo pro diverſitate circumſtantiarum in conſtitutione, vel confirmatione tutoris, itemque litium in Judiciis Imperii Supremis, vel & in Comitiis obvenientium deciſione conſiſtit.

## §. XV.

Cæterum ipſa tam pupilli vel curandi, quàm tutoris vel adminiſtratoris conditio, dignitas & Status illuſtris, cum exercitio Jurium territorialium conjuncta, qualis admiſſionem alicujus privati vel talis, qui non æque illuſtris, der nicht ebenbürtig iſt, ad talem tutelam vel adminiſtrationem fructuariam quà talem haud patitur, ſed reſpuit; item amplitudo territorii, bonorum, ſtatûs aulici, & negotiorum cujuscunque generis, exercitium Jurium territorialium, ipſa perſonæ pupilli tutela & cura, quo major & gravior, eo majorem depoſcit induſtriam, creatque moleſtiam ac ſollicitudinem, ut dignitas & ſtatus pupilli, ejusdem territorii, bonorum & jurium, ut & ſalus Circuli, Collegii Conſtatuum in Comitiis, imò totius Imperii, ipſius etiam familiæ ac gentis, nec non ſubditorum inconcuſſa conſervetur, ac ſalva ſubſiſtat, ſi quidem

4ta ex rationibus perſonæ illuſtris ejusdemque bonorum domeſticis,

dem eò primarius ipſius tutelæ ſupremæ Auguſtiſſimo competentis finis collineat, conf. *Capitul. Auguſtiſſ.* IOSEPHI II. *noviſſ.* art. 1. §. wie wir dann ꝛc. quocirca de æquitate, juſtitiâ, neceſſitate & utilitate remunerationis talis tutoris vel adminiſtratoris condignæ, ejusdemque, ut & ipſius pupilli conditioni & dignitati accommodæ nullatenùs dubitare licet, ſiquidem omni talium emolumentorum ſpe deficiente nonniſi invitorum tutorum conſtitutio neceſſaria foret, quæ facillime in pupilli vel curandi ejusque ſubditorum detrimentum vergere poſſet.

## §. XVI.

inprimis 5ta in feudis Germaniæ; partim quoque ex coinveſtitura, partim ex præſtatione ſervitiorum, partim ex formula inveſtituræ Cæſareæ,

Inprimis verò idem hoc jus tutelæ fructuariæ in genere quoque in feudis Germanorum tam olim vi diſertarum veterum Legum Germanicarum. quas B. DE LVDEWIG in gelehrten Anzeigen Tom. II. p. 670. ſeqq. adducit, ubi; „Der Herr (Lehenherr) ſoll auch ſtets des Kindes Vormund ſeyn, an dem Gut, darum daß er das Angefälle, ſo an das Kind ſtirbet, zu verleihen (alß rem infeudari ſolitam) und ſoll die Gelder und Nuzung aufheben (tutela fructuaria genieſſen) biß das Kind zu ſeinen Jahren kommt ꝛc. & notæ a vetere Gloſſatore ſubjunctæ: ubi: wiß, daß des Herrn Vormundſchafft „iſt eine Verwaltung des Ritterſoldes, weil das Kind „zu Ritter- oder Roß-Dienſten, die auf dem Lehengut „liegen, unfähig iſt„ proximo agnato ceu præprimis ex pacto vel majorum providentiâ futuro ſucceſſori feudali, dem nächſten in der Mitbelehnſchafft eines Stamlehens ſtehenden oder expectivirten ebenbürtigen Schild- Helm- und Wappen- Genoſſen, und Schwerdmagen, in compenſationem ſervitiorum feudalium, beſonders der Heerfarth, Herren- Ritter- und Roß-Dienſtes, ad quorum præſtationem dominus nullum alium admiſit, vel iſto deficiente ipſi domino ob adminiſtrationem, wegen Verwaltung des Ritterſoldes, und wegen Ermanglung des



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

Ritterdienſtes, & quidem ad minimùm vetuſtiori ævo plenariè competiit, quàm hodie in territoriis Imperii feudalibus immediatis ipſi tutori illuſtri certo modo convento vel aliâs legaliter in quovis territorio præſtituto ac limitato adhuc competit, ex rationibus ab eodem Ludewigio a. l. adductis, ubi: „Eben dieſes iſt die Urſache, warum in denen lehenbaren Fürſtenthümern des „teutſchen Reichs der nächſte mitbelehnte Schwerdmage die Vormundſchafft und Landes-Regierung dergeſtalt übernehmet, daß er dem Kayſer und Reich allen „Dienſt, Treue und Gehorſam leiſtet, ſo dann zeit währender Vormundſchafft die Herrſchafft im Lande führet, mit eben der Pracht, Ausgabe und Anſehen, alß „ſonſten einem für ſich regierenden Fürſten irgend zukommen mag, welches nicht allein die tägliche Erfahrung bezeuget, ſondern auch damit die Rechtsgelehrte in den Höchſten Reichsgerichten einig ſind. Daraus „fließet 9.) noch auch dieſes (quod conſectarium tamen „quoad uſum modernum minime meum facio), daß er „nach geendigter Vormundſchafft von den Ab- und Ausgaben Rechnung zu führen gar nicht gehalten, wie die „Rechtsgelehrten einmüthig erkennen, (obgleich denen „wenigſten der beſagte Grund in tutela fructuaria bekannt ſeyn mag, und dahero aus dieſer offenbahren „Wahrheit einen Zweiffels-Knoten drehen wollen) ob „er gleich, deſſen ohnerachtet, vor alle Gefährde und „Mißbrauch des Regiments, alß jedem tugendhaften „Fürſten gebühret, zu ſtehen und Antwort zu geben „ſchuldig und gehalten iſt. Uberdiß iſt nun 10) der Schluß „hieraus leichtlich zu machen, was — daraus zu beſorgen wäre: wann jedem Landes-Fürſten frey ſtünde dem Kayſer und Reich einen Lehmann oder Lehen-„Fürſten, ſodann dem Lande und den Unterthanen einen Regenten und Landes-Herrn aufzudringen und „den nächſten Fürſtlichen Anverwandten die Ehre und „Genuß der Einkünften des Landes zu entziehen, und

„ſolches wohl gar fremden zuzuwenden.„ Quod poſterius Conſectarium tamen nonniſi ſalvis Juribus cujusque territorii particularibus aſſumo. Ceterùm ipſius talis tutoris habilitatem ex omni parte ſemper & ubique requiri quis dubitabit? Confirmatur autem hæc qualitas uſufructuaria ex ipſâ talis inveſtituræ Cæſareæ formulâ, quæ etiam in Curiâ feudali Auſtriacâ adhibetur, „ Unſer l. „Oheim (ipſe ſc. tutor, qui quà talis inveſtituram de feudis impetrare tenetur) ſolle obbeſtimmte Regalia mitt„lerweil von uns und dem heiligen Reich Erlaubniß„weiſe inne haben, nutzen und genießen rc. vi cujus formulæ proinde tutor inſtar vaſalli ſubſtituti eſt, ideòque dominus eidem poſſeſſionem & uſumfructum feudalem concedit, SCHILTER, *Exerc. ad ff.* 37. §. 8. adeò, ut laud. LUDEWIG cit. loc. talem principatuum Germaniæ tutelam feudalem haud inconcinne tutelarem appellitet potentatum.

## §. XVII.

Porro 6.) ex ipſo Tutoris illuſtris regimine interimiſtico.

Confirmatur præterea hæc qualitas fructuaria exinde, quod talis tutor illuſtris haud ſaltèm munere adminiſtratoris bonorum fungatur, ſed ipſius pupilli vices quoad regimen territorii ſubeat & gerat, nec non jure meritoque dominus territorialis interimiſticus, ein Interims-Regent, appellari queat & debeat. *Illuſtr.* Dn. MOSER, im Teutſchen Staats-Recht, P. XVIII. L. III. C. 94. §. 2. p. 339. ubi: „Denen Vormündern, als Interims„Regenten, gebühren alle einem würcklichen Regenten „zuſtehende perſonelle Ehren-Bezeugungen, in ſo ferne „ein oder anderer Vormünder derſelbigen ſeines ange„bohrnen Standes halber fähig iſt, rc. ex quo ulterius etiam jus quæcunque huic ſtatui & conditioni congrua emolumenta percipiendi prono alveo fluit atque deſcendit, quæ tamen diverſimode pro ratione redituum, pactorum

ctorum familiæ, diſpoſitionum & cujusvis territorii Legum fundamentalium, quin imò à Supremo Tutore Auguſtiſſimo in ſupremis Imperii tribunalibus, ſi lis deſuper oriatur, determinari ſolent. Nec idem hoc jus fructuarium in ſolos tutores legitimos vel dativos, ſed & reliquos, quippe quorum omnium eatenùs par ratio eſt, quadrat. Ex quibus omnibus porrò concludere licet, quod hæc qualitas fructuaria neque nomine ſalarii in ſenſu Juris Romani a GOTHOFREDO ad L. 4. §. 2 ff. de Decret. ab ord. fac. & ad L. unic. C. de præbend. ſalar. ſolidè expoſito, utpote quod a ſale ad victum & alimentationem neceſſario communiter derivatur, & perſonis mediatis in officio aliquo conſtitutis, atque ſubordinatis conſtitui ac aſſignari ſolet, neque nomine honorarii, gall. *douceur*, quod Romani beneficii L. 1. ff. ſi menſor fals. vel & mercedis loco, cenſuerunt, L. 1. pr. & § 10. & 12. ff. de Extraord. cogn. neque nomine Stipendii, eines Solds, multo minùs verò nomine alimentorum, qualia ex mente Juris Romani ex pietate & in ſubſidium vitæ decernuntur, L. 2. 3. & 4. C. de alend. lib. & L. 5. C. de P. P. neque etiam nomine uſusfructus Romani, cujus utpote & Germanici in eo, quod hic neque in judicio diviſorio, neque præſcriptione, neque per modum legati, neque aliis modis Jure Romano præſtitutis conſtituatur, neque onus refectionis, vel onus ſolutionis tributorum, ſcilicet Römer-Monathen, Creyß-præſtandorum, Cammer-Gerichts-Zieler &c. ſecum ferat, diverſa plane eſt indoles, ſed ſolius uſusfructus Germanici nomine veniat, in hâc materiâ vulgò quoque *Deputat*, ſc. eine beſtimmte, aſſignirte und deputirte Nutzung oder Nießung, oder Geld-Summe, & apud priſcos Germanos quandoque itidem Angevelle, i. e. angefallenes dicti, quem uſumfructum tutor legitimus quâ agnatus vel cognatus inſuper ſuo jure percipit.

§. XVIII.

## §. XVIII.

7) ex communi uſu in Germania,

Quemadmodum vero plures ſpecies uſusfructus Germanici, e. g. uſusfructus paternus, maternus, maritalis, muliebris ſive dotalitium Germ. Leibgeding, feudalis, eccleſiaſticus, ſecularis &c. quas Schilterus in Exerc. ad Pand. 17. th. 13. ſeq. ex veteribus Germanorum Legibus prolixe recenſet, olim in Germania obtinuerunt, è quibus præcipue uſusfructus tutorum etiam privatorum, quamvis de jure Saxonico, legitimorum coheredum ſaltem, in hereditate, qnam adminiſtrarunt, itemque de jure Saxonico & Suevico dominorum ceu tutorum in feudis pupilli æque ac in rebus allodialibus, *idem* Schilter, *de l. th.* 16. eminuit, ita eundem hunc uſumfructum olim in Germania vel univerſalem, quem adſtruit Giesbertus peric. 2. ſtatut. art. 24. n. 306. vb: „Teutonum noſtrorum communia jura tutoribus omnes fructus bonorum pupilli „tribuiſſe non dubito. Add. a Ludewig. c. l. differ. 1. not. cc. pag. 6. & noviſſime *Illuſtr.* Ictus *Goettingenſis*, Ioh Steph. Pütter, in Elem. Jur. publ. Germ. Gœttingæ Anno 1766. editis, §. 657. P. II. itemque Kuchenbecker à Mosero P. XVIII. C. 96. §. 3. p. 361. allegatus, qui reſtrictionem ætatis principum minoris eidem huic uſusfructus univerſalitati attribuit; vel ad minimum partialem fuiſſe *idem* Schilter, c. l. Exerc. 37. §. 7. contendit, & e. g. ſecundum ſupra jam alleg. leges Wisigothorum L. 4. t. 3. §. 3. in decima fructuum bonorum conſtitiſſe Ludewig. d. l. tradit: quam qualitatem fructuariam univerſalem tamen minime ex priſtino aliquo jure quoſcunque pupillorum reditus poſt pupilli educationem remanentes percipiendi Imperatori competente, ab hoc vero poſtea in adminiſtratores bonorum una cum immunitate à rationibus reddendis tranſlato derivandam eſſe puto, ſiquidem hujus aſſerti Gundlingiani im Diſcours über Cocceii Jur. publ. prud. pag. 813. nullum ex imperii hiſtoria vel conſtitutionibus fundamentum

mentum unquam allegari poteſt. Quod ad uſum modernum attinet, in dubio & regulariter tutelæ privatorum Germanicæ inde a receptione juris Romani ſunt gratuitæ, quali tutori privato tamen in compluribus Germaniæ provinciis earundemque juribus provincialibus & ſtatutis à ſæpe jam laud. LUDEWIGIO c. l. not. ee. adcitatis ſalarium ceu merces pro locata opera aſſignatum, quod præter alios *Autor Reformationis Francofurtenſis* p. 8. tit. 13. per modum exceptionis a regula juris Rom. eodem jure per tradita LAUTERBACHII noſtri diſſ. de Salariis &c. paſſim locum habentis ita aſſignatum fuiſſe perhibet, poſt LÜDERUM MENCKENIUM & MOLLENBECCIUM in diſſ. de tutorum & curatorum Salariis autem LUDEWIGIUS d. l. veteribus Germanorum inſtitutis eorumque tutelæ fructuariæ adſcribit, quamvis diverſis in locis & ordinationibus tale ſalarium admodum exiguum forſan ex cœco juris Romani amore, vel intuitu argenti in magno olim pretio habiti, vel & parſimoniæ Vetuſtatis parvo contentæ conſtitutum, e. g. in der Fränkiſ. Würzburgl. Landger. Ord. P. III. tit 22. §. 2. woſelbſten vor die adminiſtration einer Vormundſchaft von 2000. fl. und darüber ein mehrers nicht als 2. fl. oder falß das Vermögen unter 1000. fl. nur 1. fl. beſtimmt wird, und in Statutis argentoratenſibus apud DEMERADIUM P. I. diſſ. 4. n. 25. pag. 25. vb: „ dem Vogten ſolle man, ſo das Guth unter 100. fl. werth, ſchencken eine Kappe, (alii legunt einen Koppen) und ein halbes Viertel Weins oder ein Orts Gulden dafür. So es aber darüber, dem ſollen des Jahrs 2. Kappen und ein ganzes viertel Wein geſchencket werden; Iſts aber über 200 Pf. biß 1000. fl. ein paar Hoſen und 1. fl. dafür: poſtea verò quoque vel prorſus ſublatum, vel paſſim auctum fuerit.

Ut verò jamjam propiùs ad ipſam perſonarum illuſtrium Imperii Romano-Germanici tutelam fructuariam accedam, ejus inter perſonas illuſtres quàm maxime ad-

 huc

huc hodie inſignes ſuperſunt reliquiæ, quales perſonæ, quamvis in litibus cum privatis in ſupremis Imperii Dicaſteriis obvenientibus jure privato utantur, inter ſe tamen & circa actus vel negotia ab ipſis quà illuſtribus obeunda vel ſuſcepta jus patrium ſalvum retinuere, adeò ut ipſorum tutela inprimis hodienum regulariter, niſi ſcilicet pacta domus, valida teſtamenta, leges & conſtitutiones territorii fundamentales, voluntaria renunciatio, vel aliæ legitimæ rationes præcipue ex ipſa publica ſalute petitæ obſtent, fructuaria cenſeri debeat & revera talis ſit. Cujus aſſerti tam veritas partim ex rationibus hucusque allatis, partim ex exemplis, præjudiciis, & authoritatibus, de quibus poſtea, quàm æquitas, qua hæc tutela fructuaria præ Romanorum tutela gratuita omninò commendari meretur, ex rationibus pariter ſupra, itemque à LUDEWIGIO c. l. not. dd. p. 12. & not. ff. p. 18. ſqq. adductis eluceſcit. Interim ipſa priſtina bonorum communione vel condominio hodie ceſſante, eorundemque diviſione facta, ut & ſuperioritate ſtatuum & ordinum Imperii una cum omnibus effectibus ampliſſime æque ac firmiſſime ab Auguſtiſſimo & in legibus Imperii fundamentalibus ſtabilita atque confirmata, præſertim quoque aliis tutelæ ſpeciebus, præter agnaticam & legitimam inter illuſtres in Germania introductis loco priſtinæ tutelæ fructuariæ univerſalis hodie ſaltem tutela uſufructuaria partialis, ſi ita loqui fas eſt, obtinet, adeoque regulariter aliquatenus tantum vel pro parte fructuaria eſt, attamen talis tutoris dignitate & munere condigna, eoque æquior eſt. Hujus hodiernæ tutelæ fructuariæ emolumenta verò pro ratione territorii, redituum & dignitatis regulariter conſiſtunt in Reſidentia, quam tutor in pupilli territorio occupat, gratuita, in formatione & ſuſtentatione ſtatus aulici condigni, in apparatu menſæ, libera venatione, uſu ſylvarum, hortorum aulicorum, equorum, conſueta cuſtodia & præſidio militari, (de quo quondam in domo Saxonica Meiningenſi, itemque ipſa

8.) ejusdem æquitate,

deſcripta pro diverſitate emolumentorum in diverſis Tutelis recenſitis,

ipſa Würtembergica exorta eſt controverſia,) aliisque, quæ ad apparatum & lautitiam aulicam condignam pertinent ac ſpectant, vel in condigna in eorum vicem præſtanda ſumma pecuniaria, præter refuſionem ipſorum ſumtuum neceſſariorum aliorumve congruorum ex pupilli ejusdemve territorii reditibus, Klock. Vol. I. cons. 6. n. 90. & cons. 23. n. 40. & Ludewig in diſſ. de different. Juris Rom. & Germ. in tutelis maternis, §. 16. quorum cunctorum emolumentorum determinatio à conventione vel arbitrio eorum, quibus eadem ſecundum pacta domus, teſtamenta, leges territorii fundamentales, vel obſervantiam competit, vel ex deciſione judiciali dependet. Dn. Moser c. l. lib. 3. c. 96. p. 374. & cap. 94. §. 11. add. Ill. Dn. Pütter Elem. Jur. publ. Germ. §. 657. ubi „Tutela illuſtrium non tam univerſe „ quidem, quam olim, fructuaria amplius eſt, — at multi- „ plici tamen reſpectu utilis, ideoque, uti plurimum pa- „ ctis ſeu obſervantia familiæ definita, ita juri quæſito „ æque ac ſucceſſio ſubjecta eſt, ſive cæterum teſtamenta- „ ria, ſeu pactitia ſpecialis, ſive legitima, ſive dativa, „ ſive agnato, ſive matri, ſive tertio, (ſc. extraneo „ haud agnato vel cognato:) delata. Id quod omne etiam dicendum de tutela tam ex officio à ſummis Imperii tribunalibus delata, quàm alia; de tutela cum vel ſine conſenſu minoris delata; de tutela & curatela, (ſi forte diſcrimen aliquod inter has contra capitulationem noviſſimam, Art. XI. §. wann auch ein Churfürſt ꝛc. circa illuſtres ſtatuatur, ubi quippe vox curatoris tam puberum, quam impuberum minorum occurrit, cum contra vox: Jungen de impuberibus & vox: minderjährigen de puberibus in formulis juramentorum Cameralibus uſurpetur, notante poſt Kulpiſium Mosero, cit. part. 18. L. 3. c. 93. p. 321.) de tutela uſuque ad majorem ætatem conſtante & de breviore; tam de tutela perſonæ, quam de bonorum tutelari adminiſtratione; de tutela in ſenſu ſupra commemorato privata & publica; de tutela pro partibus ſive æqualibus,

ſive inæqualibus diviſa; de tutela tam à Cæſare confirmata, quam non confirmata, ſiquidem poſterioris exempla etiam in tutoribus honorariis, inprimis quoque in ipſo hoc ducatu Würtembergico teſte Mosero d. l. c. 93. p. 299. proſtant, qualis confirmatio tamen tunc omnino neceſſaria eſt, ſi legitimatio talis tutoris in proceſſu coram ſupremis Imp. dicaſteriis requiritur, vel probatio contrariæ obſervantiæ ab his injungitur, nec hæc doceri poteſt; Id. ibid. de tutela curandorum mente captorum, etiam majorum, debilium, preſthafften; de adminiſtratione bonorum prodigorum &c. in Comitiis decreta, Capit. noviſſ. art. I. §. 4. ubi: „ noch ihrer Landes Regierung, es geſchehe gleich „ proviſorie oder in contumaciam oder auf irgend eine an„ dere Weiße entſezen ꝛc. junct. §. 3. ubi: „ ohne deren „ Churfürſten, Fürſten und Ständen vorhergehende „ Bewilligung; de tutela vel curatela curandorum abſentium, captivorum, emancipatorum, minorum, bannitorum in comitiis decreta, Moser, c. l. cap. 87. ſeq. item de tutela in una vel altera domu & gente illuſtri certa ratione privilegiata vel non privilegiata, (quale privilegium e. g. immunitatem à præſtatione cujuscunque juramenti tutelaris integra domus Soxonica ex conſuetudine prætendit, quam quoque Aula Cæſarea teſte Lynckero diſſert. de libertate princip. Imp. p. 39. ex Klockio, hocque ex ore Conſiliarii quondam Imperialis aulici, Wackenfelsii, agnovit; cùm omnes reliqui tutores, licet ſtatus Imperii ſint, hoc juramentum præſtare teneantur, Moser c. l. L. 3. cap. 93. §. 16. in fin. ubi: „ Sie müßen alle ſchwören ꝛc. p. 313. de quo tamen poſt alios quoad Electores & Principes dubitat Stryck. in Us. Mod. Pand. L. 26. tit. 7. §. 3. ob Ordinationem Regimenti de anno 1521. §. und ſollen die Perſonen ꝛc. ubi vero ſaltem juramentum officiale conſiliarii vel aſſeſſoris Regimenti iisdem remittitur, & ob Rec. Imper. de anno 1555. §. und da ein Churfürſt ꝛc. ubi „ daß die, ſo Fürſtlichen Standes

Standes oder Weeſens ꝛc. bey Verſprechung und Zuſage ihrer Fürſtlichen, Würden und wahren Worten gelaſſen ꝛc. ubi vero ſaltem de juramento Ducum Circuli agitur) & in genere de tutela vel contutela illuſtrium cum actuali adminiſtratione conjuncta, vel & perſonæ in ipſâ provinciâ vel Reſidentiâ; nec itaque etiam de ſola curâ ſexus; nec de tutela ad certos actus, e. g. ad pactum diviſionis, wie bey Metternich vorgekommen, MOSER d. l. L. 3. c. 90. p 254. ad pactum introductionis primogeniturae patre adhuc vivente, *Idem* alleg. loc. c. 88. §. 7. ad pacta familiæ, ad lites vel ad aſſiſtentiam; nec de tutela honoraria cum nulla adminiſtratione vel contutela conjunctâ, ſi quidem talis ſaltem in facultate conſulendi, inſpectione & cura, ne quid damni capiat pupillus, conſiſtit; B. STRUV. *Jurisp. Heroic. ſeu Juris, quo illuſtres utuntur, privati*, ex edit. *Hellfeldii* Ienenſ. d. anno 1737. P. V. cap. VII. §. 11. & §. 27. 56. 84. MOSER. d. l. c. 91. §. 10. p. 289. nec de tutela notitiæ gratia ſaltem delata, utpote quales tutores itidem non adminiſtrant, ſed tutoribus ſaltem conſiliis adſunt; laudat. Idem STRUV. modò cit. loc. nec etiam de iſtâ tutelâ vel curâ, cui pupilli vel minores Nobilium Ordinis equeſtris immediati ſubſunt, cum de his qualitas Statûs Imperii haud ita deprædicetur, & reſpectus aulicus deficiat. Quamvis vero ipſi huic Ordini equeſtri ipſum jus tutelæ curæve competat, & proinde talis horum immediatorum pupillorum tutela ſit mediata, hac tamen non obſtante confirmatio tutorum curatorumve pupillorum & minorum immediatorum in ſupremis Imp. tribunalibus peti ſolet, majoris nempe authoritatis gratia; totidem verbis docente *Perilluſtr. L. B. de* CRAMER, Obs. 55. §. 2. 3. 4. & 5. nec de tali tutela, cujus qualitati fructuariæ leges domûs, provinciales, obſervantia ſpecialis & diſpoſitiones obſtant.

## §. XIX.

Circa diverſitatem tutorum vel curatorum autem porrò & pro diverſitate tutorum.

 ad

ad dignoſcendam eorundem facultatem fructuariam vel non fructuariam hoc loco notari meretur, quod 1.) alii ſint tutores ſuperiores, Obervormünder, 2.) alii contutores vel concuratores, Mitvormündere, 3.) alii ſimpliciter tutores vel curatores, vel Vormünder, & 4.) alii tutores inferiores, Untervormündere. Quoad 1.)mum genus talis tutor, cui tutor inferior eſt ſubjunctus, debet eſſe illuſtris & Status Imperii, (quâ Statûs Imperii qualitate quoque apanagiatus & ultragenitus, quamvis voto & ſeſſione in Comitiis actu careat, nihilominus gaudet; *Magnif. Dn D.* Hoffmann, *in theſ. jur. publ. de Statibus Imp. ſine voto in Comitiis*, hoc anno editis th. 15. ſqq.) qui omnia, quæ ad dignitatem principalem vel illuſtrem pupilli pertinent, vi qualitatis Statûs Imperii, vel & feudalis, quaſi ipſe eſſet vaſallus, gerit, territorium pupilli regit & adminiſtrat, ſingulari utitur ſigillo tutelari, nec non Jura Statûs e. g. ſeſſionis, ſuffragii &c. in Comitiis Imperii, Circuli aliisve tutelæ & adminiſtrationis nomine exercet, modò cit. *Magnif. Dn. D.* Hoffmann, patronus & præceptor meus æternùm colendiſſimus, cit. loc. th. 21. (qualis voti comitialis ſuſpenſi noviſſimum exemplum de anno 1766. occurrit in tutelâ *Epiſcopi Osnabrugenſis* Friderici d. 16. Aug. 1763. nati, & die 27. Febr. 1764. poſtulati ab Ejusdem patre Magnæ Britanniæ Rege & Electore Hannoverano, Georgio III. ſuſceptâ, & cum toto regimine Epiſcopatûs & territorii, contradicente licet Capitulo, ad hunc usque diem geſtâ, laud. Dn. D. Hoffmann, *in theſ. jur. publ. de votis Statuum Imp. in Comitiis hodie vacantibus*, pariter hoc ipſo anno editis, th. 16. ſqq.) ipſe inveſtituram in ſuâ perſonâ petit & accipit, cujus nomine & auctoritate negotia territorii maximè publica expediuntur, qui præterea liberiùs forte, quam tutor privati, donat, B. Dn. D. Schweder, proavus meus poſt fata adhuc pie colendus, & Excell. Dn. Praesidis proſocer, in diſſ. *de privilegiis juribusque ſingularibus perſonarum illuſtrium*,

§. 25. in fin. & à quo pupillus vel minor dependet, idcirco verò quoque qualitatis fructuariæ hujus ipſius tutelæ particeps eſt, quæ omnia in tutorem non - illuſtrem, privatum, mediatum, & plebejum plane non cadunt, ut adeò talis haud poſſit hanc tutelam illuſtrem & ſuperiorem, etiamſi gratuita foret, hâc ratione gerere & adminiſtrare. Quodſi verò Status Imperii inferioris ordinis contutorem longe ſuperioris ordinis habet, veluti ſi Comes ſimul cum Electore tutelam gerit, hic vocatur Obervormund, ille verò modeſtiæ cauſa nomen eines Untervormunds ſibi tribuit, id quod totidem verbis poſt Moservm, c. l. C. 91. §. 3. p. 286. teſtatur Strvv. c. l. P. V. C. 7. §. 10. Quoad 2.) tales contutores vel concuratores vel conſtituuntur, ut vota eorum ſint deciſiva, nec tutor abſque eorum conſenſu quidquam facere poſſit, vel hoc modo ſaltem conſtituuntur, ut quidem à deliberationibus in cauſis publicis excludi nequeant, attamen vota eorum ſaltem ſint conſultativa. Iſti rurſùs aut ſunt perſonæ illuſtres, aut privatæ, mediatæ, vel totum collegium, gewiße Miniſtri, Räthe oder Collegia, id quod omninò fieri poteſt, & ſæpius factum eſt, e. g. in Ducali domo Würtemb. ubi Dn. Conſiliarii intimi tales Contutores conſtituti, eodemque nomine tutelari quà Collegium ab ipſo Auguſtiſſimo inſigniuntur: alia ejusmodi exempla de Auſtriâ, Bohemiâ, Saxonia electorali, comitatu Bentheimenſi, adducit Dn. Moser, c. l. cap. 90. §. 48. p. 283. Illuſtres iſti contutores majori præ tutoribus inferioribus, etiamſi illuſtribus, pollent authoritate, cum tutoris, cui adjuncti ſunt, ſint & cenſeri debeant Collegæ, quocirca haudquaquam dubito, hos quà tales, ſi de contraria conſtituentis mente haud conſtat, ob æqualem conditionem, ſtatum & negotia æquali ratione quoque participes eſſe quorumcunque commodorum tutelarium, niſi unus alteri adminiſtrationem principalem ultrò commiſerit. Privati verò contutores & mediati, quamvis cum voto deciſivo diſerte conſtituti ſint, itidem potiores quidem ſunt tutoribus

ribus inferioribus, dictis Untervormünder, & in cauſis tutelaribus à tutore illuſtri ſimul adhiberi debent, ita, ut ſimul adminiſtrent, & tutelaris ſuæ adminiſtrationis rationem reddere teneantur, nec non pro hac aliquam remunerationem, eine beſondere Douçeur, accipiant, reliqui Conſiliarii & Officiales autem eisdem obedire debeant, cùm contrà tutori illuſtri directorium in omnibus cauſis competat, & negotia nomine Ejusdem gerantur & expediantur: MOSER, c. l. c. 91. §. 7. & 9. p. 287. ſq. Attamen iidem, cum ſint mediati, præter iſtam remunerationem nullos alios fructus percipiunt, nec itaque tutelæ quà fructuariæ participes ſunt. Quod 3.)tiò tutores vel curatores, Vormünder, ſimpliciter ſic dictos concernit, quorum diverſa ſynonyma recenſet Dn. MOSER, l. c. c. 87. §. 2. & STRUV. c. l. c. 7. §. 8. negari nequit ad tutelam non quidem Electorum, attamen aliorum pupillorum vel minorum illuſtrium ejusdemque adminiſtrationem haud ſemel etiam ſolas perſonas inferioris conditionis, ſcil. mediatas, e. g. Cancellarium a Marchione Badenſi Principibus pupillis A. 1589. conſtitutum & á Camerâ Imp. confirmatum, SAILER in Cammer-Gerichts-Urtheln, ad dict. annum; aliquos vel omnes Status provinciales, Conſiliarios, uti in Würt. nebſt dem Land-Hofmeiſter ab EBERHARDO III. Duce Würt. conſtitutos & à Cæſare confirmatos, imò non ſaltèm nobiles, ſed & cives, & ipſius pupilli ſubditos, MOSER, c. 90. §. 47. p. 282. ſq. ſine adjunctione alterius perſonæ illuſtris eo magis admiſſos fuiſſe, quod Aſſeſſores Cameræ, & Aulici Judicii, aliorumque Dicaſteriorum Conſiliarii, quorum virtutes, merita & officia eosdem illuſtres faciunt, Judices illuſtrium eſſe poſſint.

## §. XX.

de quâ porrò. Interim iidem tales tutores nec pupillos ſuos vel minores in perſonaliſſimis, ut loquuntur, repræſentare, c. g.

e. g. nomine ipſorum locum inter Status Imp. occupare valent, nec remuneratio pecuniaria ipſis aſſignata qualitatem fructuariam perſonis illuſtribus condignam huic ipſorum tutelæ tribuit. Quamvis enim tales tutores haud illuſtres nihilominus ipſâ adminiſtratione gaudeant, attamen cuncti eorundem actus & negotia tutelaria nonniſi nomine pupilli illuſtris geruntur, ſolis ſuis ſubſcriptionibus, vel hoc modo, e, g. von GOttes Gnaden Herzogs zu N. N. verordnete Vormundſchafft ꝛc. ſignanda, quâ ratione, formâ & titulo, cùm præſentia ipſorum tutorum in Comitiis Imperii, Circuli, aliisque Conventibus haud ſit neceſſaria, ſed quæcunque cauſæ Statûs Legatis ſufficienter legitimatis atque inſtructis committi poſſint, iidem legati itidem nomine pupilli eo ipſo decorè legitimantur, prouti e. g. quorundam Directorum Circuli Weſtphalici & Saxonici inferioris Miniſtri in chartis directorialibus nomine ſuorum Principalium ſcriptis nomine & loco eoruhdem ſimul unà cùm ipſis reliquis ſubſcriptis Condirectoribus Circuli ſubſcribere ſolent. Dn. Moser, c. l. c. 90. §. 47. p. 282. Quoad 4.)tam tutorum, ſcil. inferiorum, derer Untervormünder, ſpeciem, ambiguum quoque diſcrimen tutorum ſuperiorum & inferiorum occurrit, utpote qui in teſtamentis & alibi interdum haud à ſe invicem diſtinguuntur, ſed promiſcue tales nominantur, vel confunduntur, quaſi in caſu talis diſpoſitio ac unius vel alterius auctoritas, hujusque extenſio vel reſtrictio ex mente teſtatoris omnino dijudicanda. Nec etiam hoc loco ſub tutore inferiori eum, qui modeſtiæ cauſa ſe talem ipſe appellitat, de quo proxime antea, intelligi velim. In proprio & nativo ſenſu verò is dicitur inferior tutor, Untervormund, cui modum adminiſtrandi tutelam inferiorem tutor ſuperior præſcribere poteſt, ein Reglement ertheilen, ut adeò tutor inferior ſuperiori prorſus ſit ſubordinatus, deſſen Subal-

tern, eundemque conſiliis & laboribus in cauſis & caſibus circa adminiſtrationem tutelæ obvenientibus juvare & ſublevare, cauſas graviores vel præparare atque inſtruere, vel & tutori ſuperiori referre, hujusque mandata expectare ac exequi teneatur. Quocirca talium tutorum inferiorum tutoribus ſuperioribus junctorum ob id ipſum ſolenniter conſtituendorum, & juramento adſtringendorum, quales ſæpius ſunt Conſiliarii, vel & e. g. totum Collegium intimum, ſuffragia in regendo territorio & adminiſtrandâ tutelâ adhibenda, nec in cauſis territorii vel aliis publicis prætereunda, nonniſi conſultativa cenſenda, & in arbitrio tutoris ſuperioris poſitum: quando & quomodo cum iisdem deliberare, & illorum conſiliis, Gutachten, ſuum velit præbere aſſenſum, cùm contra, ſi tali Collegio Contutela, nec ſaltem tutela inferior, delata fuerit, ſine eodem regulariter nihil definitive peragi queat. Competit tamen præterea tali tutori inferiori intuitu hujus officii quoad reliquos Conſiliarios & Officiales ipſi ad obedientiam & reverentiam adſtrictos inſpectio, quarum officii partium rationem quoque reddere tenetur. Nec itaque qualitas fructuaria illuſtribus ſaltem propria tali tutelæ inferiori attribui, nec verò etiam remuneratio, eine Douçeur, vel certum ſalarium conditioni, officio, & laboribus talis tutoris privati conveniens eidem denegari poterit. Ipſa ſpecialior horum tutorum poteſtas ex pactis & obſervantia, &, ſi teſtamentariæ locus eſt tutelæ, ex teſtamento eſt determinanda, STRUV. d. l. cap. 7. §. 10. Cæterum ad qualemcunque tutorum claſſem neutiquam pertinent alii Miniſtri, Conſiliarii, vel Officiales, utut durante pupilli tutelâ appellitentur vormundſchafftl. Räthe ꝛc. nec iidem ea, quæ officii nomine peragunt, quà tutores, ſed quà Miniſtri vel Officiales agunt & exhibent, quapropter nec modò recenſitæ muneris tutelaris partes & prærogativæ in eos quadrant, nec iſti,

iſti niſi ſalaria ordinaria percipiunt. Moser, d. l. §. 7. Æque minùs tutoribus accenſendi ſunt die ſogenannte vormundſchaftliche Aſſiſtent. n, ad aſſiſtendum ſaltem conſulendo, vel in certis caſibus à teſtatore conſtituti, Moser, cit. loc. §. 11. p. 289.

## §. XXI.

Tutelà illuſtrium fructuaria itaque hucusque generaliter adſtructâ ad alterum hujus tractationis membrum: Quatenus ſcilicet eadem ſit fructuaria? progredior. Supra adſtruxi, juxta obſervantiam Imperii univerſalem hodiernam non amplius quidem, ut olim, ſub hac qualitate fructuariâ omnes & quoscunque pupilli vel curandi reditus & fructus, ſed ſaltem eorum partem apparatui aulico & dignitati tutoris illuſtris viribusque & facultatibus pupilli ejusdemve territorii ac bonorum accommodam congruamque præter alia ſupra recenſita commoda atque emolumenta ex rationibus, quarum plures cuivis tutelæ illuſtrium ſpeciei applicari poſſunt, antea adductis in dubio comprehendi, quæ omnia vero plerumque in Legibus, Conſtitutionibus & Conſuetudinibus provincialibus, pactis familiæ, teſtamentis validis, conventione vel transactione inter tutorem & conſtituentem vel alios, quibus hac in parte jus quæſitum eſt, initâ ſpecialius determinantur, modò augentur, modò minuuntur, vel tandem quoque, ſi opus eſt, ab Auguſtiſſimo in Judicio Imp. Aulico & Camerâ Imperiali, pari in Conſtitutione tutorum teſte Excell. Dn. D. Tafingero, Patrono & præceptore meo pie devenerando, *in Inſtit. Jurispr. Camer.* Sect. III. T. XII. p. 668. jurisdictione gaudente, citra ipſius Imperii Romano-Germanici detrimentum, & ſalvo ejusdem ſtatu publico, nec non Legibus fundamentalibus, definiuntur. Quo plures autem in Germania

9.) ex ſpecialioris tutelæ fructuariæ determinationis fontibus & nonnullis exemplis.

noſtra ſunt Provinciæ & Territoria, eo frequentiori tutelæ illuſtrium contigerunt numero, & proinde exempla atque præjudicia diverſi generis facillimo, ſi ſcrinia eorum, qui eadem recenſuere & collegere, præſertim ſæpiſſime jam laudati MOSERI d. l. P. XVII. Libr. 3. cap. 86. §. 28. ſqq. inde à pag. 385 - ad pag. 528. ubi noviſſimum exemplum hodienùm regnantis Sereniſſimi ac Potentiſſimi Domini Ducis Würtembergici, CAROLI, Domini mei longe clementiſſimi, quem *DEUS* Imperio, Patriæ & mihi ipſi ſervet! ſub tutelâ olim conſtituti occurrit, & P. XVIII. L. 3. c. 96. §. 14. p. 374. ſqq. STRUVII d. l. P. IV. Cap. 5. p. 413. ſqq. LÜNIGII im Reichs-Archiv, de NEUMANN, PUFENDORFII aliorumque innumerorum Authorum, qui de tutelis illuſtrium generaliter & ſpecialiter egerunt, expilare tam fas, quàm volupe foret, adduci poſſent negotio. Nonnunquam præter Reſidentiam, ſuſtentationem aulæ, certa pars quota redituum, certi fructus eorundemve ſpecies, vel certa pecuniæ ſumma, als ein Standesmäßiger Beytrag, Deputat, und zur Ergötzlichkeit, quæ formula ſæpius in documentis publicis occurrit, aſſignata reperitur. Liceat itaque hoc loco ad illuſtrationem dictorum aliquot allegare exempla: Ita Comes Hermannus Otto de Limburg-Styrum A. 1642. Conjugem tutricem liberorum ſuorum *fructuariam univerſalem* teſtamento conſtituit, ubi: „So „ſetzen, machen und anordnen wir Hochgedachte unſere „freundlich liebe Gemahlin zur Vormünderin und Verpflegerin unſerer ſamtlichen minderjährigen Kinder, „biß daß ſie zu ihren Jahren kommen, und ſich mit „Deroſelben Rath, Wiſſen und Willen zum anderen „Stande begeben werden, wie dann auch folgends zur „Regentin über alle unſere Grafſchafften, Domainen,

„Ju-

„Jurisdiction, Recht und Gerechtigkeiten, geſtalt nach „unſerm tödlichen Abfall der Abnuzung, Pachten, „Verfällen, Zinßen, Zehenden, und was Nahmens „ſonſt unſere *Intraden* ſeyn mögen, biß daß ein jedes „Kind ſein Antheil nachgeſetzter maßen wird zu empfan„gen haben, auffzuheben, und zu genießen, und damit „beſten Gefallens ohne Rechnung und *reliqua*, zu ſchal„ten und zu walten, apud Dn. MOSERVM, P. XVIII. c. 86. §. 34. p. 75. quæ diſpoſitio teſtamentaria hoc ſingulare quoque continet, quod hæc tutela fructuaria non ſolùm usque ad majorem ætatem liberorum, ſed & ſimul usque ad eorum futuras deſponſationes vel matrimonia fuerit extenſa. Minus liberaliter Dux Saxo-Vinarienſis JOHANNES GVILIELMVS circa tutores filio ſuo in teſtamento A. 1573. condito, conſtitutos ſtatuit; „damit aber unſere verordnete Ober- und Unter-Vor„mündere dieſes unſers freundlichen und gnädigen Be„gehrens um ſo viel mehr mögen eingedenck ſeyn, daſ„ſelbige ins Werck zu richten, ſo verſchaffen wir den „beyden Fürſten (Ludwig Pfalzgrafen bey Rhein und „Herzogen in Bayern, der Ober-Pfalz in Bayern „Stadthaltern ꝛc. und Johannes Albrechten, Herzo„gen zu Mecklenburg ꝛc.) alß den Obervormündern „*Executor*n dieſes unſers Teſtaments, jedem zween „Hengſte von den beſten, ſo wir verlaſſen werden, „mit ihrer beſten Rüſtung von Zeug und Stülen dar„auf, ſo in unſer Harniſch-Cammer zu befinden, damit „wollen Ihr Lbd. freundlich vor gut nehmen: denen „andern fünf Vormündern (Statthaltern, Canzlern, „Hoffmeiſter, Rentmeiſter und Marſchall) beſcheiden „wir jeden einen Becher für 40. Thaler, und ein „Trauerkleid und Binden, unſerer dabey in Unter„thänigkeit zu gedenken, und die ſollen aus unſerer „Rent-Kammer erkauft und ihnen zugeſtellt werden.

 apud

apud Dn. Moserum. P. XVII. C. 86. §. 49. p. 227. ſeq. Liberalius ſenſit Henricus Caſimirus Princeps Naſſavio-Diezenſis conjugem Henriettam Amaliam, in teſtamento anno 1683. tutricem liberorum conſtituens, ubi: „ Zu „Erkänntniß der Bemühung, welche hochgedachte Prin„zeßin, unſere herzgeliebte Gemahlin, belieben wird „auf ſich zu nehmen, wegen vorgedachter Aufferzie„hung und Adminiſtration, haben wir gut gefunden, „derſelben douaire von 12500. Caroli Gulden zu ver„mehren auff 20000. Caroli Gulden, welche wir an „den Prinzen unſern freundlich lieben Sohn ordiniren, „Ihro nach unſerm Ableben und ſeparation der Hoff„haltung jährlich ruhig genießen zu laßen, apud Dn. Moserum c. l. §. 65. pag. 533. ſq. Ita Johannes Albertus II. dux Mecklenburgenſis anno 1636. in teſtamento conjugem, Eleonoram Mariam, natam Principiſſam Anhaltinam, tutricem Filii, hàc ratione conſtituit: Zeit währender Adminiſtration aber ſoll unſere herzliebſte Gemahlin ihre fürſtl. Alimenten aus unſern ſämtlichen Aemtern und Landes Intraden haben, und was ſie von Ihr Lbdn Leib-Gedings-Aemtern, deren Abnuzung J. L. alſo fort, Innhalts der Leibgedings-Verſchreibung, nach unſerm tödtl. Hintritt genießen ſollen, erſparen wird, ſolches bleibet Deroſelben unſern Fürſtl. Kindern zum Beſten zu hinterlegen und davon zu diſponiren frey, apud Dn. Moserum, P. 18. c. 6. p. 7. quæ diſpoſitio per ſententiam Judicii Imperialis Aulici A. 1639. confirmata. ibid. p. 14.

Ita in capitulatione Epiſcopi Lubecenſis d. anno 1707 art. 2. ſancitum: „ fürs ander —— da dieſes Stift va„cant werden ſollte, ehe nud bevor unſers Sohns, (des „poſtulirten und damals minderjährigen Biſchofs:) „Lbden ad majorennitatem der 20. Jahr gelangt, alßdenn und

„ und auf ſolchen Fall ſoll die ganze adminiſtration des „ Biſchoffthums bey wohlwürdigem Dom-Capitul, biß „ ſo lang Seine Lbden obgedachte Jahre erreichet, ver„ bleiben, alſo und dergeſtalt, daß E. wohlwürdig „ Dom-Capitel alle Einkünfte des Stifts drey Jahr „ lang nach einander biß zu ſeiner Majorennitæt für ſich „ vollenkommentlich behalten und genießen —— von de„ nen übrigen Jahren aber —— it. was E. wohl„ würdiges Dom-Capitel pro onere adminiſtrationis, „ alß jährl. Ein tauſend Rthlr. gebühret, welches „ alles von denen Intraden billig zu nehmen. MOSER. „ P. XI. L. III. c. 30. §. 55. p. 102. ſq.

Ita Imperator Fridericus III. in teſtamento Anno 1462. condito Georgio Regi Bohemiæ tutelam filii Maximiliani ſuperiorem eventualiter detulit, ubi: „ zu einem oberſten Gehrhaben und Vormund ſezen, „ addita certæ ſummæ annuæ determinatione, ubi: „ und für ſolche Mühe und Arbeit ꝛc. von den benannten unſern Landen alle Jahr jährlichen von Anfang der Vormundſchaft — — ſollen gefallen und gereicht aus den bemelten unſern Fürſtenthumen und Landen Zehen tauſend Ungariſcher und Ducaten Gulden. MOSER. T. 17. pag. 199. ſq. Ita Johannes Dux Saxo-Altenburgicus & Auguſtus Saxoniæ Elector quà tutores defuncti Ducis Saxo-Altenburgici Friderici Guilielmi I. filiorum, Friderici Guilielmi & Johannis in Receſſu vel Conventione Anno 1591. inita declararunt: „ daß, wann es pfleeglich „ und ohne Schaden geſchehe, ein Fürſtl. Vormund ſei„ ner pupillen Reſidenz zu bewohnen befugt ſeye, und „ die Vormundſchaftl. Waldungen zu ſeinem Nuzen be„ jagen könne, anbey ihme vor ſeine Mühe ein Depu„ tat zu verordnen, als welches unter fürſtl. Perſonen „ nicht ungewöhnlich, und ſeye das Exempel Herzog

„ Fri-

„ Friderich Wilhelms, Adminiſtratoris der Chur Sach„ ſen, bekannt. MOSER. T. XVII. L. III. cap. 86. §. „ 50. p. 231. ſq.

Pariter Erneſtus Dux Saxo-Gothanus in favorem Conjugis Eliſabethæ Sophiæ, natæ Duciſſæ Saxonicæ, tutricis liberorum ſuorum in teſtamento anno 1654. conſtitutæ ibidem ita diſpoſuit: „ und dieweil billig, daß „ wegen ſolcher Mühewaltung Ihren Lbden etwas „ Ergözlichkeit geſchehe, ſo ordnen und verſchaffen „ wir hiemit, daß ihnen auff den begebenden obge„ meldten Fall ſucceſſive jährlichen aus unſerer Rent„ Cammer zwey tauſend Gulden entrichtet werden ſol„ len, und wollen wir uns darneben freundlich ver„ ſehen, es werden dieſelbige, wann erheiſchender „ Nothdurfft nach ſie ſich anhero zu unſerer Hoffſtatt „ oder ſonſten an einen oder den andern Ort unſeres „ hinterlaßenen Fürſtenthums zu begeben haben wer„ den, jedesmal mit ſolchem Comitat erſcheinen und „ die Reiſe- und andere Koſten dergeſtalt einziehen, „ daß dadurch unſern Söhnen und Landes-Succeſſoren „ keine ſondetliche Beſchwerden verurſachet werden „ mögen.

„ Was aber unſerer freundlich lieben Gemahlin „ Lbden betrifft, ſoll derſelbigen, Zeit ihrer währenden „ Vormundſchafft, wann ſie ſich bey unſerer Söhne „ geſammten Hoffſtaat befindet, nicht allein vor ſich „ und die ihrige die Koſt, Holz und Logiament gegeben, „ ſondern auch dero Wittum und Leibgeding, außer der „ Holzung, Wildprett und Wein, ſo ihr in den Ehepa„ cten verſchrieben ſeyn, verbleiben; wollte ſie aber ein „ gewißes an Geld nehmen, ſo wäre Ihrer Lbden „ jährlichen ſolche Zeit über 3500. Gulden auß der ge-

„ ſam-

„ ſam̃ten Rentherey zu reichen, und dargegen das Wit-
„ thum nebſt den andern Landen von der Vormundſchaft
„ zu adminiſtriren, auch die Diener in den Witthums-Aem-
„ tern zu beſolden. Und wollen wir uns zu ihr freund-
„ lichen verſehen, weil unſere liebe Kinder ihr aus
„ kindlicher Treu gehorſamlich an die Hand gehen
„ werden, daß ſie es bey der Hoffſtaat mit den ihrigen
„ in dem jezigen Zuſtand laßen und nicht mehr Bedien-
„ te annehmen werde. — — Schließlichen, damit
„ die bey dem viel erwähnten Vormundſchafts-Collegio
„ ſich befindende unſere Räthe, und welche von der
„ Cammer ihnen zugeordnet ſeyn, mit deſto mehrerem
„ Fleiß dieſe Vormundſchaffts-Adminiſtration — ihnen
„ angelegen ſeyn laßen, ſo iſt unſer Will und Mey-
„ nung, daß ihnen und einem jeden derſelben inſonder-
„ heit zweymal ſoviel, als eines jeden Jahrs Beſol-
„ dung an Geld austrägt, neben ihrer Current-Beſol-
„ dung, aus unſerer Cammer gereichet werde, jedoch
„ dergeſtalt, wann etwann unſern Erben die ganze
„ Summa dieſes Vermächtniß alsbalden daßelbige
„ Jahr nach unſerm ſeeligen Abſchied auß dieſer argen
„ Welt abzutragen zu ſchwer fallen würde, ſie an-
„ fänglichen einem jeden die Helffte unfehlbahr entrich-
„ ten laſſen. MOSER P. XVII. L. 3. C. 86 p. 300. 306. & 308.

Transactionem Würt. tutelarem d. d. Stuttgardt 5. Nov. 1737. peto des damaligen Herrn Adminiſtratoris und Ober-Vormünders Caroli Rudolphi, Herzogs zu Würtemberg-Neuſtatt, und der verwittibten Frau Herzogin und Obervormünderin Mariæ Auguſtæ anfänglichen Verpflegung vom Staat, und nachmaligen Deputats jedes Theils à 36000. fl. um fremde Geſandſchafften und andere von Zeit zu Zeit am Hof ſich enthaltende Perſonen ohnentgeltlich und ohne etwas vor Extra in Rechnung bringen zu dörfen, an ihre Fürſtl. Tafel mitzuziehen, folgl. die benöthigte Honneurs dem Hoff helfen zu machen, itidem exhibet DN. MOSER, P. XVII. c. l. p. 484. ſq.

Similiter Dux Würtemb. EBERHARDVS III. gl. memor. Sereniſſimo fratri FRIDERICO, tutori liberorum & nepotum ſuorum in teſtamento A. 1664. conſtituto aſſignaverat ein ſo genannter Deputat zu Außbringung dero ganzen Hoffſtaats, und zwar in dem gewöhnlichen Hoffſlager und Reſidenz in Stuttgart, um der Regierung auf alle Nothfälle deſto näher zu ſeyn. Id. ibid. p. 413. & 415.

Quibus omnibus ultimo loco adhuc addo ſequentem plane contrariam diſpoſitionem teſtamentariam ERNESTI LVDOVICI Ducis Saxo-Meiningenſis de A. 1725. ubi: Allermaßen wir nun zu ihro Lbd. Lbd. (Herzog Friederich zu Sachſen-Gotha, und unſerem Herrn Bruder Friederich Wilhelm, als von uns verordneten Ober-Vormundern unſerer hinterlaßenden minderjährigen Kinder) das gute Vertrauen haben, Sie werden dieſe Ober-Vormundſchafft ohnentgeltlich aus Freund- Vetter- und brüderlicher Liebe gegen uns und unſere Kinder willigſt übernehmen, undden Seegen hievor von Gott, dem Vatter aller Wayſen und unmündigen, erwarten 2c. MOSER cit. loc. c. 86. p. 309. & 311. quam tutelam delatam, gratuitam licet, uterque tutor conſtitutus poſt mortem teſtatoris nihilominus ſuſcepit. Cum vero contutor Fridericus Wilhelmus equites militares, die Garde zu Pferd, ſumtibus ſtatûs publici quà tutor retinuerit, Lis inter eundem ejuſdemque fratrem, Antonium Ulricum, ſuborta. Id. ibid. p. 316.

## §. XXII.

& 10. ex Refutatione argumentorum contrariorum.

Huic qualitati tutelæ illuſtrium regulariter fructuariæ verò inprimis obſtare videtur 1.) Confectio Inventarii, Redditio rationum, præſtatio juramenti in ſupra allegatis exOrdinationibus politicâ & camerali præſcripta atque injuncta. Verùm enim verò a) quoad hæc ſingula capita intuitu perſonarum illuſtrium rationes & argumenta rationibus & argumentis, exempla & præjudicia exemplis & præjudiciis, & proinde quoque auctoctori-

ritates ICtorum aliis aliorum opponi poſſunt & ſolent. b) Nec affirmatio, nec negatio horum requiſitorum hanc illuſtrium tutelam ferit, eò, quod talis tutor fructus perceptos vel ſummam pecuniariam ipſi loco fructuum deputatam & aſſignatam ſuam faciat, nec itaque illorum vel hujus nomine ad rationes reddendas teneatur, reliqui reditus & pecuniæ ad pupillum pertinentes verò ab Officialibus adminiſtrentur, nec non inventaria rerum mobilium tam eorum, quarum uſus tutori conceſſus, quàm reliquarum, publicâ jamjam auctoritate confecta priſtino ordine conſerventur, & quotannis ſuppleantur, hocque modo ſingulæ rationes eodem ordine reddantur, nec itaque harum redditio ipſis Tutoribus, ſed potius ipſis Officialibus juratis, qui ob id ipſum Salaria, Beſoldungen, accipiunt, ac Collegiis, quibus iidem Officiales ſubordinati ſunt, incumbat, quin imò eadem redditio una cum refuſione reſidui & damnorum iſtis ab ipſo tutore demandari & injungi debeat; nec enim ipſe Tutor illuſtris aliquam pupilli Caſſam immediate adminiſtrat, nec perceptio fructuum, quibus gaudet, pari cum ſalario, einer Beſoldung, paſſu ambulat, nec ejusmodi tutor, qui Domini territorialis vice in territorio fungitur, ad tales adminiſtrationis Leges, quas privatus tutor obſervare enetur, adſtrictus eſt; ut adeò inventarium & redditio rationum, etiamſi hæc locum habere poſſet, æque minus ac reliqua omnia de dictis fructibus ſint intelligenda, nec itaque ea huic qualitati fructuariæ obſtent, vel eandem impediant atque evertant, nec omnis iſta lis hanc meam tractationem attingat; nedum, quod ipſæ rationes dictorum Officialium ipſis Dicaſteriis haud exhibeantur, nec unquam talis exhibitio teſte Moſero P. XVIII. L. III. c. 96. §. 8. p. 371. ſed ſaltem in caſu ortæ ſuſpicionis, qualem tamen ipſe tutor illuſtris partim ob conditionem qerſonæ ſuæ, partim ob modum adminiſtrandi haud incurrit, ein Bericht cum voto ab Auguſtiſſimo injungatur, vel injungi queat. Æque minus 2.) obſtant lites & controverſiæ de excluſione unius vel alterius tutelæ

telæ ſpecie, vel de earum prærogativâ, utpote quas lites ut meas faciam, itidem necquicquam opus eſt, ſi quidem mihi ſermo non eſt de tutore illuſtri demum conſtituendo, ſed jam quocunque modo legitimo conſtituto. Quamvis verò tutor legitimus, ſi quis adfuerit, olim & originetenùs ſolus, ſequioribus autem temporibus præcipuus & quidem fructuarius præſertim ex ratione condominii ceu fundamenti ſucceſſionis ab inteſtato, docente B. Dn. *de* SENCKENBERG diſſ. *de filiâ ultimi gentis ſuae in Regnis & Principatibus privative ſuccedente &c.* fuerit, in præſente rerum ſtatu tamen adhuc aliæ ſpecies tutelarum à Romanorum tutelis, præter pactitiam, haud abludentes uſu obtineant vigeantque; nihilominus etiam in iisdem aliis tutelarum ſpeciebus eædem rationes, quæ ſupra ex tutoris quà perſonæ illuſtris conditione, ſtatu & modo adminiſtrandi petitæ, pro tutelâ fructuariâ militant, niſi pacta familiæ, teſtamenta valida & ſimilia obſtent.

Liceat itaque, ut colophonem tandem hisce obſervationibus imponam, ſequentes, in quibus omnis rei cardo vertitur, ſtruere Theſes, quarum I. ma hæc eſt:

Tutela Illuſtrium S. R. G. I. regulariter eſt fructuaria, quæ ſententia tam Jure Germ. antiquo, quàm hodierno eſt fundata, nec nova dici poteſt, teſte poſt alios Cel. de SELCHOW *in Elem. Jur. Germ. privat. hodiern.* Hannov. a. 1767. editis, vb: „Hæc ipſa Tutela fructuaria hodie nonniſi inter „illuſtres perſonas conſervatur,

& II.da hactenus nullibi diſerte expoſita: Redditio Rationum, ſi quæ requiritur, haud locum habet circa fructus vel emolumenta Tutori competentia, ſed circa reliquos pupilli reditus, quorum poſteriorum rationes ſaltem tam ipſi Tutori, quàm Judici competenti cæteris paribus redduntur.

TANTVM.

Corri-

# Corrigenda in quibusdam Exemplaribus & ſupplenda.

In §. 2. p. 2. poſt verb. *illuſtri* lege: *ſive tutelam gerente, ſivè*
§. 3. lin. 14. p. 3. poſt verbum: *fructuariae* lege: *faventia*
§. 11. lin. 1. loco: *affirmatione* lege: *affirmativae.*

Ad §. 17. p. 15.

De voce: **Angevelle** mihi hoc libet hoc loco annotare: quod Cel. PUFENDORFIUS *in Obſervat. Jur. univers.* Obs. 41. de Tutelâ fructuariâ, §. 12. p. 126. iſtam de Rebus mobilibus, **von fahrender Haab auf eines Manns Lehen-Guth,** STRUVIUS vel HELLFELD verò *in Jurisprud. Heroic.* P. V. c. 6. §. 15 p. 606. de Titulo acquirendi feudum per Succeſſionem aut per Aperturam veram, *Idemque* ibid. §. 12. p. 601. eatenùs ſibi contradicens cum SCHILTERO *in Commentario ad J. F. A.* c. 55. de Perceptione fructuum ex feudo pupillari intelligat. Mihi videtur, eandem hanc vocem germanicam ſimpliciter ita poſitam non ſaltèm de Perceptione fructuum ex feudo pupillari, ſed de quorumvis fructuum tam ex feudis, quàm ex allodiis, perceptione, quin imò de quavis re quocunque modo devolutâ, ſive immobili, ſive mobili, vel fructu, **von einem jeden heut zu Tag ſogenannten Anfall oder angefallenen Gut, Sache und Nutzung** pro materiâ ſubſtratâ intelligi poſſe & debere.

Ad §. 19. p. 22.

De Lite Osnabrugenſi noviſſimâ conferatur quoque Illuſtriſs. Comitis de SCHOENBURG elegans diſs. *de Epiſcopo Minorenni,* quam *Idem* Jenæ d. 29. Nov. a. p. 1769. defendit, §. 35. ſqq. ubi nonnulla ſpecialia de Reditibus epiſcopalibus exponit.

Ad §. 21. p. 33. poſt verba: Caroli Rudolphi **Herzogs zu Würtemberg-Neuſtadt** ꝛc. lege: cui poſt ejusdem Renunciationem Tutelæ Terrarumque Adminiſtrationis proximus agnatus, Dux Würt. Lineæ Oelsnenſis, Carolus Fridericus, gl. mem. in hâc Tutelâ & Adminiſtratione ſolus ſucceſſerat die 23. Mart. A. 1739. ab Imperatore confirmatus.

## Ad §. 21. p. 34.

Duplex inſigne Exemplum Tutelæ, poſtquam jam finita fuerat, adhuc quam maxime fructuariæ redditæ adduxit *de* NEVMANN ſuprà cit. loc. L. 2. c. 9. §. 500. qui, licet contra Tutelam fructuariam in genere pugnet, ibidem p. 320. tamen Tutores illuſtres reditus pupillares Regimini Aulæque magnificentiùs & ſplendori pupillo illuſtri ejusque tutore digno convenienter inſtruendis deſtinare ſolere concedit, nec non §. 502. fatetur, ipſi Tutori primario à Collegio Conſiliariorum ſubordinato (vel ab Officialibus) Rationes ad revidendum exhiberi & reddi debere;

I.mum Exemplum eſt Wolffg. Bipontini, qui patruo atque Tutori ſuo, Ruperto, in præmium geſtæ Tutelæ Tractum Veldentinum & Lautreccenſem A. 1543. ſub Apanagii Lege conceſſit;

& II.dum Ludovici, cujus pariter, ac Regni Tutor poſt ejusdem patris, Uladislai, Bohemiæ & Hungariæ Regis, obitum Georgius pius, Onoldinus, extiterat, huic haud quidem ducatum Jægerndorffenſem, id quod *Spener* & *Lomejerus* ibidem allegati perhibent, attamen Superioritatem & Regalia in Freudenthal A. 1523. donantis.

Quibus omnibus non poſſum non annectere Exemplum Tutelæ Vaſallorum impuberum & quidem mediatorum vel ſubditorum fructuariæ univerſalis Electori Trevirenſi à Carolo IV. A. 1373. quamvis intuitu Juris talia emolumenta vel omnia, vel nonnulla percipiendi aliis antea competentis, per modum privilegii, cujus excerpta LVNIGIVS im R. A. Part. Spec. Cont. 1. ſub voce: Trier ꝛc. p. 55. exhibet, delatæ atque conceſſæ, de quo *Autor* des Europ. Herolds T. I. p. 208 ita diſſerit: „Am allerconſiderableſten aber iſt das Recht der Obervormundſchafft über alle „unmündige Unterthanen ſeines Stiffts, welchen er nicht „allein Untervormünder nach Belieben ſetzen, ſondern „auch ſo lange, biß ſie mündig, alle Nutzungen aus ihren „Gütern erheben, und vor ſich behalten kan, wenn er „ihnen nur den benöthigten Unterhalt gibt.

VD18

ULB Halle 3
007 455 496

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19

…O INAVGVRALIS IVRIDICA
…SISTENS
…TIONES QVASDAM
DE
…FRVCTVARIA
…RVM S. R. G. IMP.
…VSTRIVM,

QVAM
…E DEO OPT. MAX.
…ERSITATIS EBERHARDINO-
…MAGNIFICENTISSIMO,
…TENTISSIMO DVCE AC DOMINO,
…OMINO
…ROLO,
…BERGIAE REGNANTE, REL. REL.
…VM ORDINIS AVCTORITATE
…RAESIDE
…O CHRISTOPHORO
…CANZ,
…ENISS. CONSIL. & P. IVR. P. O.
…PTORE SVO MAXIME VENERANDO
…ADV DOCTORIS
…IVN. MDCCLXX.
…DEFENDET
AVTOR
…FRIDERICVS HOSER,
…BINGENSIS.

…TYPIS SCHRAMMIANIS.

3, 483,
5.1506.
120.
1770, 2a
12
B.I.G.
Farbkarte #13
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058159495-19